



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

LXXXI. Bischof Dieterich von Brandenburg bestätigt den Kaland in Neustadt-Eberswalde, am 24. Januar 1522.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54734)

LXXXI. Bischof Dieterich von Brandenburg bestätigt den Kalend in Neustadt-Eberswalde,  
am 24. Januar 1522.

Teodericus, dei et apostolice sedis gracia confirmatus Episcopus Brandenburgensis, ad futuram rei memoriam. Quoniam solam virtutem ac bona opera et viventi et mortuo stabilem atque firmam possessionem esse sacra pagina testatur, mortuos nil de hoc seculo et Lachrimarum valle, quam opera eorum sequuturum dicit. Laborandum est propterea cunctis utriusque sexus Christi fidelibus ut virtutes plures et bona opera multa dum messis est, metent, illas possideant per brevi et momentanei temporis (instar aque fluentis moreque rosarum marcescentis morte inopinata ut solet homines rapiente) laborem, eternam et perpetuam vitam est beatitudinem omnibus beneficientibus per creatorem et redemptorem dominum nostrum Hiesum Christum morte sua et passione acerbissima preparatam sibi comparent et eternaliter pociantur. Hac consideratione devoti nostri dilecti nonnulli Presbiteri et Laici in et circa Opidum Newenstadt, alias Everfwolde nostre dioecesis, permoti, Regium Prophetam David, quam bonum et quam jocundum habitare fratres in unum, scripsisse pensantes, cum per hujusmodi fraternam et animorum cohabitationem, homo unus longe ab alio corpore segregatus, pro alio orare, suorum honorum operum eum participem facere potest, fraternitatem Kalendarum in dicto Opido Newenstadt alias Everfwolde ad dei omnipotentis laudem, sueque genitricis intemerate semper Virginis Marie ac omnium supernorum civium honorem, nec non animarum suarum salutem, criminumque expiationem erexerunt et instituerunt admissionem et approbationem ejusdem per nonnullos nostros Predecessores obtinuerunt et pro parte eorum nobis supplicari fecerunt, quatenus et nos eandem cum nonnullis statutis admittere, approbare, ratificare, autorizare et paterno affectu gratiosius confirmare dignaremur. Nos itaque Theodericus Episcopus ante dictus, qui ad Pasturam dominici gregis divina disponente clementia evecti, cuncta que pro salute nobis crediti Populi tendere dinoscuntur ex ferventi animi nostri desiderio non solum diligimus, verum etiam eadem pro viribus nostris libenter juvamus, preces in nos suas justas et rationabiles estimantes ipsas non exaudire non possumus. Id circo vestigiis Predecessorum nostrorum inherendo, fraternitatem predictam cum suis statutis et ordinationibus rite et legitime factis, dummodo tamen eadem sacris canonibus Provincialibus seu Sinodalibus statutis Jurisdictioni nostre episcopali et prelatorum nostrorum adversa non sint, in et per civitatem et dioecesin nostram admittendam, approbandam, ratificandam et confirmandam duximus, admittimusque, approbamus, ratificamus, autorisamus et dei nomine, auctoritate nostra ordinaria, per presentes in his scriptis confirmamus Primariis nichilominus nostris et aliis Juribus nobis competentibus per omnia salvis et illesis. Sed quia utriusque sexus Christi fideles ad pia opera exercenda facilius alliciuntur, dum sentiunt se prerogativis et privilegiis specialibus munitos, ideoque omnibus et singulis utriusque sexus Christi fidelibus confessis et contritis, qui pro melioratione, manutentione et conservatione istiusmodi fraternitatis, donando legandove manus adjutrices porrexerint vel id fieri procuraverint, aut peractionibus sive memoriis generalibus, que pro salute fratrum celebrantur, sive sint Vigilie sive Misse, interfuerint, pro felici statu Ecclesie universalis aut fratrum salute duo Pater noster cum tot salutationibus angelicis et uno Simbolo devote oraverint, totiens quociens id fecerint, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate et meritis confisi, quadraginta dies Indulgentiarum de injunctis eis penitentiis misericorditer in domino relaxamus. Nulli igitur hominum liceat hanc paginam nostre admissionis, approbationis, ratificationis et confirmationis

infringere aut ei aucto quovis temerario contravenire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum in arce nostra Episcopali Ziesler, anno domini Millefimo quingentesimo vicesimo secundo vicesima quarta Mensis Januarii, majori nostro in fidem premissorum appenso sub sigillo.

Aus v. d. Hagen's Beschreib., S. 318.

Eine gleichlautende Bestätigung hatte der Kaland auch schon von dem Bischofe Hieronimus am 29. Juni 1508 erhalten. „Datum Berlyn in aula nostra Episcopali.“

**LXXXII.** Kurfürst Joachim tritt dem Rathe zu Neustadt-Eberswalde, der ihm eine große Glocke geschenkt, das Patronat über die Pfarre und über den Marien-Magdalenen-Altar ab, am 16. August 1538.

Wir Joachim, von Gots Gnaden Marggraf zw Brandenburg, des heiligen römischen Reichs Ertz Kemerer vnd Churfürst etc. —, bekennen etc. —, das wir mit wolbedachten Gemüth vnd zeytigen Rath vnser lieben Getrewen Bürgermeistern vnd Rathmannen vnser Neuenstadt Eberswalde, die nhw sint vnd in zukünfftigen zeyten dar sein werden, auf ir underthenig Ersuchen vnd Beth, auch von deswegen, das sie uns eine große Klocke von etlichen vnd sechszig Centner schwer, mit Eissenwerck und derselben zugehörunge, auf unser gnediges Ansuchen frey heim gegeben vnd volgen haben lassen; Inen Jus patronatus und Verleyhung der Pfarre, auch sanct Marien Magdalenen Altar, in berurter vnser Neuenstadt Eberswalde belegenn, mit allen dem, so unsere fürfarn vnd wir daran vnd zu verleyhen gehabt, frey übergeben vnd zugefallt haben; vnd wir übergeben vnd zustellen dem berurten Rathe vnd Iren Nachkommen solch Jus patronatus an berurter Pfarre und auch den Altar sanct Marien Magdalenen, wie obsteht, hiermit in Crafft vnd Macht dies Briefs vnd also, das derselbe Rath vnd Ire Nachkommen solliche Pfarre vnd Altar obgedacht hinforder meher zw ewigen Zeyten das Jus patronatus daran haben und das verleihen sollen vnd mugen, von vns vnd vnsern Nachkommen vnd sonst jedermenniglich vngehindert. Tzu urkund mit unserem anhangenden Ingefegell versiegelt und geben zw Cölln an der Sprew, Freytags nach Assumptionis Mariae, Christi vnser lieben Heren Geburt im funffzehen hundertsten, darnach im acht vnd dreyßigsten Jare.

Aus v. d. Hagen's Beschreib., S. 321.

**LXXXIII.** Das Kloster Chorin gestattet der Stadt Neustadt-Eberswalde bei der über die Rogöse führenden Mönchsbrücke behufs der Mastnutzung in des Klosters Wäldern einen Schweinefall zu erbauen, am 30. August 1540.

Wir Briccius, Abt, Er Gregorius, Prior, Er Mathias Bawuernick, Subprior, vnd die gantze versamlunge des Closters Corin, bekennen fur vns, vnser nachkommenden vnd sonst vor allermenniglichen, wes Standes, Würden, Wesens oder Condition die seint, öffentlich. Nachdem die gantze Gemeine von der Neuenstat Eberswald von Alters her in Brauch vnd